

## LI

Intelligeres pfecto me unū omniū esse gratissimū. Itaq; eo  
 mibi molestior est: eo inimicior praesentis pestilentiae uis: q̄  
 uniuersus popul⁹ misere uexat: quo futuru uideo mibi lo-  
 cū sublatū iri: declarandi tibi beniuolentissimi animi mei.  
 Cogor em̄ habere uitae rationē. Quare hic diutius esse nō  
 possim: ea praesertim frustrat⁹ spe: qua duct⁹ ad uos reuer-  
 terā. Nec ē qd̄ queq; accusem praeterq; cū saeuientem fortu-  
nam ipsam: tum nimia meā credēdi facilitatē. Vnū tibi ta-  
 men psuade me tuū esse semperq; futurū. Vale ex Vene-  
 tijs. iij. kal. februaris. M. cccc. xxviiij.

Franciscus Philelfus Leonardo Iustiniano. sal.  
 Vm̄ indies magis atq; magis Venetijs temp⁹ tero  
 ea duct⁹ spe: quā mibi tot litterae tuae cum pulcher-  
 rime Constantinopoli agerem: tanta cum charita-  
 te fideq; promiserant: ecce nudiustertius repente febris  
 pestifera serua mibi unam adorta ē: quā hodie interemit.  
 Quo fit: ut hic mibi diuti⁹ cūctādū non sit. Intra q̄triduū sū  
 hinc Bononiā uersus abnauigaturus: ubi si honestā condi-  
 tionem offendero: ulterius profecturus nō sum. Sin min⁹  
 honestam: ad Florentinos me recipiam. Tu siquid interea  
 temporis me uis facturum: significato litteris. Nam post  
 quadriduum frustra ad me scripseris. Vale ex Venetijs. v.  
 Idus februaris. M. cccc. xxviiij.

Franciscus Philelfus Francisco barbareo sal.  
 D triduū usq; ad summū soluere hinc decreui: idq;  
 nō solū quia eorū mibi: quorū spe duct⁹ reueterā in  
 italiā: nihil omnino obseruatū iri intelligo: uerū etiā  
 q̄ pestilentia iam me intra cubiculum obsedit. Heri una mi-  
 bi serua eaq; puellula subito morbo & correpta & interē-  
 pta sepulta est. Quanto igitur uerser in periculo non te la-  
 tet. Nolim: quantum in me fuerit: ante diem constitutam  
 a uiuis decedere: ne qui annorum numerus secundū Py-  
 thagoricos utroq; homine mibi sit explēdus altero exple-  
 atur. Et ut apert⁹ loquar: uitae malo q̄ inani spei nulliq; cō-  
 sulere. Nam si uixero: & mibi & amicis usui esse potero. In  
 morte enim boni quid insit: minime intelligo. Vbicūq; au-  
 tem sum futurus: tuus certe semper futurus sum. Vale ex